

coſtio deue
ut ſalve ver
mru q̄ erat
com ea ita
dib libe
oblit ḡ pny
qua nos dulce
ab tñis uenit
uic ubū
erit ſub for
et utrue m̄
natis affinit
item mortem
ut uicid ex
tac dampnacō
neciam final
ita quā p̄ rea
m̄ genetis
m̄ posteritas
tige noſcebat
tis ceteru bora
holeret. Quia
te clara. Simpe
dannica p̄ re
tūgme iuthute
m̄ ſimilat

Nuia te tuū veſ
flos te adit et pſeu
eret i requiesceret h̄is
dīm ſup eū pſetto te
guā nūc tam in illa
trē eligēs que tanto
regi dignata ſint ſu
terpis thalantū p̄are.
Et quo tamq; ſpouſus
p̄ ſuis hoīm p̄cederet
ſpousus. Iocam i na
zarr̄b qui ſios ſue
ſtitu diatir ad ſuare
deſt̄ ſp̄. elegit ſuo
p̄aug. ſeſtabitacoris
elocim. ip̄ius i caru
a ſuare. i uite. uitau
deſt̄ ſuare. ſi ſuare ce
lebitaſa. ſi em m̄ te
depotu ſi pſau eor
oua ſi uos p̄ uai ones ſu
ſicat. I. ſi uo. ma uob
te ſabite ſuare in cult
et deſperitate leacatu.
In hoc etem tam ſu
biatas loci. ſu te ſu

Sammlung

GRATULATIONES

In

*Gratiam & bonorem, eruditionis, pietatis, huma-
nitatis-q[ue] laude præstantis, Iuvenis-viri*

Dn. GABRIELIS DOVII

Surbruccensis Saxonis,

*Cum illi Magisterij Philosophici honor tribueretur,
WITTEBERGÆ*

sub

MAGNIFICO RECTORĒ,

**Dn. AMBROSIO RHODIO, MEDICINÆ
Doctore, & Mathematum superiorum Pro-
fessore publico;**

à

Spectabili, clarissimo atq[ue], excellentissimo Viro

**Dn. M. ERASMO SCHMIDT, GRÆCÆ
linguæ & Mathem: Inferior: Professore publico,
p. t. Collegij Philosophici Decano.**

*VIII. Aprilis, Anno 1617. qui Luthe-
ranis, Deo adjuvante, primus annus Jubileus;*

Scriptæ à Patrueli, Contubernalibus & amicis.

WITTEBERGÆ,

Typis Johannis Gormanni, Anno 1617.

XXVII



I.

 Cilicet Aonijs Ludis quod victor abisti,
 Virtutis testes laurea serta geris.
 Sed quod, jussa Dei docens, nunc, concutis instar
 Fulminis, En! præ te, nomine fers Gabriel.
 Hinc quoq; splendidior veniet tibi laurea, quando
 Præmia distribuet digna Jehova pijs.
 amoris ergò F.
 Iohannes Michap.t. Pastor Altendannensis.

II.

 Τν σοι ἔλιξ ὁ χρόνος, Γαβριὴλ ψίλε, ἐγκύθεν ἔρπετα
 Ὁφρη γεράμεωσιν σε ὄμοΦθέγω τινὶ μύθῳ
 φοῖς ἀναζ. κῆραι πεδίος, καὶ πάλλας Αἴθινη
 Μισιπόλον σφίης χρόνιον θεράποντα ὀτεηεγήν
 Ἐνδοξον μέλλοντι πότροτον οἰκαδε βαίνειν.
 Τῷ μέχρ' ἀργοτέρευων στόρεν ὅμπνιον ἄυλαν ἔνηψες
 Νῦν σάχυν αμήσεις ἀρτη σε Φανηφόρεας ἀντίρ.
 Χάρματι γὰν σοι ἀγάλλητα πολυδαίδαλον ἥτορ
 Οὐασι θεγγομένοισι δεδευμένω ἡδαδα Φωνήν
 Τῷ Σμιδίοιο σφῇ δόντος πολυφεγέα θιμήν.
 χριτὸς αἱ δῶῃ ἔχέμεν παλινανέέα θιμήν.

T. H. Stud.

Aντρχεδιασι
M. Paulus Colerus, Scholæ opidanae VViteberg.
Iudimoderator.

III.

E T quod fecissem pro me; nunc expetis à me:
 Non peteres: Caperes. Quando petis, capias

A 2

Jure

Jure simul dupli; sed simplò schemate: syrma.
Odi enim penitò pectore verbi flum.
COS honor est: FERRUM cursura flagrantior ævi
Vernantis: ferrum volve, revolve: nitet.
Tempora honore nitent **G A B R I E L** tua culta recente
Tempora veris acu picta in amore vigent,
I S T E dies tuus est. Satis est: tu cætera dicas:
Nil addo; præquam, fac sit ut **I S T E D E I**
I P S E Deus faxit consumans omnia, ut almò
Flore magisterij germina fructus eant.
Tempora Veris eant tibi talia sæpius orbe
& gratum culmen tempora honoris alat.
Donec procedant ex cœlo tempora veris
Æterni absq; omni temporis articulò
Tempora ubi æthereo tua opacabuntur honore;
Cætera dicamus tum, qvum in amore dies
Absq; die absq; simul nocte æternabitur; & qvum.
Tempora florebunt; tempora floris erunt.
V I V E vige Sophicō **G A B R I E L** jam mactus honore
C O E L I mactandus munere **V I V E** Deo.

Συγχαρησιμής ἔνεκα

F.

M. Andreas Grosbenning.

IV.

Divite mensura ceu reges præmia solvunt
Palma quibus Martis debita laude fuit:
Sic quoq; Latona genitus victrice corona
Victores donat, Castalidumq; cohors.
Quos jurat Aonias caput exeruisse per artes,
Thespiaenumq; choris imposuisse manus,
Miles in Aonijs sudasti fortiter armis,
Pro signis fixo stans pede, amice, tuis
Otia vicisti duros subeundo labores,
Otia Dircaeis exitiosa choris.

Ingenua

Ingenua totum posuisti tempus in arte
Classica Thespiadum prosperiora sequens.
Te patris integritas commendat, & ardua virtus
Ingenium, candor, religiosa fides.
Ergo tibi, cultor Phœbi, spectate Magister
Cingit Apollinea fronde Thalia caput.
Emerito laudis nunc insignitus honore,
Calce tenens metam, præmia justa geris.
Gratulor unde tibi de claro latus honore
Et tibi dextra fidere flabra precor.
Impiger incepsum Phœbi decurre laborem.
Daq; volans cymbæ, turgida, vela tuæ.
Donec completis humani finibus ævi,
Æthereæ subeas templo reclusa domus.
Votis quod superest paucis explere licebit,
Quæ faciat summus pondus habere DEUS:
Vive diu, nec parce tuos exponere siclos:
Restituet sumptus bella puella tibi.
Crescas ad summum tecum sapientia crescat;
Errores tenerum nec maculent animum.
Salvus Cumæos vivas, mi FRATER, ad annos,
Nec videas unquam, quæ sit iniqua, diem.
Sed cum lassus eris tua molliter offa quiescant,
Et scandat rutili mens pia castra poli.
In sinceræ amicitiæ tesseram adjecit
hæc paucula
Iohannes VVerdenius Brunsviga Saxo. Philos. & Theol. Stud.

V.

Gabriel Aonidum decus, atq; secunda sororum.
Fama, & constanti juncte favore mihi.
Jamdudum fore, præsagi, te Marie Magistrum.
Illo, cuius tu strenuitate cales.
Et quia præsensi: tibi divinator aperti
Esto operis, factodum mea dicta probas,
Rem quia acu tetigi, tanto mihi gratiore exsto,
Quantò tu Laærum dignius ipse capis.

Hac ratione tibi grator, titulosq; recentes
Luce Magister I profore, adoro sacri.
F. Witteberga
Georgius Christophorus Vuernerus Noribergensis.

VI.

C EU sequitur turbam clangentem miles in armis
Nescius eventus per mille pericula vitæ!
Hoste sed evicto ducit celebratq; triumphos:
Sic quoque sub Christo qui nunc duce signa tuentur,
Et quibus æterni curæ sunt Numinis ARTES,
Mente decet firmâ varios sufferre labores,
Ac quasi per spinas, quæ nil nisi lædere possunt.
Sic GABRIEL DOVI curarum semina pelle,
Currere, quo possunt studiorum ponere honores.
Nam tibi adhuc puero dum prima accresceret ætas
Nocte dieq; statim invigilasti sedulò Musis,
Et quia doctrinæ studijs imbutus honestis,
Nunc comes ibit honos virtuti & tempora cinget.
E merito Laurus nunquam moritura MAGISTRO;
Jam tibi de fulyu præstans datur annulus auro.

Ergò gradum Sophiæ dum jam conscenderis amplum;
Supplicibus tecum votis, precibusq; supremum
Oro DEU M, cuius nutu quæcunq; reguntur,
Ut regat ipse suis Zephyris tua vela secundis.

Suo amico fraterno faciebat.

Conradus Dikius Aegla-Saxo SS. Th. Studiosus.

Anno 1617.

VII.

N Obilis ecce tuam mentem sententia cœpit,
Quærere nil, præter magnum & memorabile nomen.
Hinc noctesq; diesq; bonis conamine miro
Attribuens Sophiæ studijs, adscendere montes
Pieridum celsos sudasti, & reddere mentem.
Insigni virtute probis ac moribus inde
Conspicuam: cursum cœli, solisq; labores

Astro.

Astrorumq; situs solers lustrare vicesq;
Non postrema fuit tibi cura: hinc gloria surgit,
Virtutemq; adeò justè comitantur Honores:
En, D O V I, summus rerum moderator, J O V A,
Nunc tibi pro vigili studio duroq; labore
Optatum confert nomen titulumq; M A G I S T R I,
Nunc mitræ vertex insignis honore triumphat,
Nunc turgens auro digitus radiante superbit.

Propterea, ut par est, benè parto grator Honori,
Hic profit, voveo; capiat Respublica fructum
Inde: DE U S laudem, PATRIÆ decus inde redundet.

*merito atq; ex debito
adjiciebat*

Andreas Heuffler Alumn. El. Sax.

IIX.

E P I X A R M A.

VICTOR, viridi rediens præcinctus oliva
Tempora perlæta jactans sua pectora fronte,
Insigni titulo, summoq; augetur honore,
Atq; labore refert exhausto plurima dona:
Sicut militibus, qui signa cruenta sequuntur
Bellonæ Comitis, tribuuntur præmia, densi
Hostes cum data verterunt vestigia tergo:
Sic illi, dulcem potum qui Thespios undæ
Assidue potant, Musarum munera grata
Accipiunt, Clarius quæ sponte propinat Apollo.
Sic te jure manent doctarum dona sororum
Aonidum, tibi dignus honor & gloria Phœbi
Fertur, Parnassi montis juga celsa tenentis.

Scilicet ob summos conatus atq; labores,
Quos suscepisti teneræ sub flore juventæ,
Quæsq; fuit tibi cura novem concenderet templæ.

En

En tibi nunc Phœbus meritos decernit honores,
Tempora puniceâ cingens redimita tiarâ,
Annelloq; tuos ornat digitos pretioso.
Ergo tuos totâ (quos provocat ore benignus
Lucifer aurato, quibus alta cacumina cœli,
Et spaciofa feris celsi fastigia mundi)
Mente tibi meritò, patruelis, grator honores
Insignes, tituliq; νεόցτις nomina fausta :
Et precor, ut tantis, ceu nactus, laudibus ornas
Spartam, cœlestis postquam plantaria campi
Demandata tibi studio regis, excolis, omni:
Comprecor, ut Pylios videoas feliciter annos.

Honoris amorisq; testandi ergo
ἀνεψίῳ suo carissimo:
Andreas Dovius Aeglenensis Saxo fudit & dedicavit.

IX.

NEc te pœniteat calamo trivisse labellum.
Hactenus, iccirco nobile nomen habes.
Nobile nomen habes, multo sudore paratum,
Et duplii meritò jure Magister habes.
Non tantum SOPHIÆ docto de fonte potâsti
Dulce merum, porrò Qui mihi es alter ego
Maxima cura tibi est scrutari nocte dieq;
Salvifici verbi dogmata. Magnus eris.
Magnus eris? pergas, melius tu nominis augmen.
Cernes: qvo pulcro, pulcrius esse nequit.
Gratulor ergo tibi doctrinâ clare Magister
Ipse gradum Sophiæ pectore, & inde precor
Hoc decus in laudem Patriæ producere possis
Et per te crescant templa Scholæq; DEI.
— O Animi sint rata vota mei!
Amicitiæ ergo scribeb.
Henricus Rotheingius Oldenburgæ-Frisius.

F I N I S.

99 A 6908



JB

Rkt^o1

VON



propter Christus.
Quia metatio; ex
enarratione norma dicitur
ne com. nunc est
enim quia supererit
nemus armis ferientiam,
ut inferre illucie-
tum o. etiam uirtus ad
elizabed: epis actio
hanc. Et cunctis etiam
1:1000 ut sanctifica-
tio. De confessione iohannis.
dix uenit ad baptismum.

Amen. Tu

tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.


Et tu es Christus filius dei
meum nomen habui a te.

11. 187
mis al
lelu ia
cordia eius ap
genies timetib
Sicut saluta-
tie elizabech-
tauit misericordia
et repleta est gaudi-
e vide distinctio-
gulorum verbos
des. Vocem pri-
bech audiuit:
nos paoz graci-
illa nata e obo-
dunt iste exult-
o de uulercy. Al-
iae dei sensit a-
fia mulierem

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Black
Cyan	White
Green	3/Color
Yellow	Magenta
Red	Red
Magenta	Pink
White	Light Gray
3/Color	Dark Gray
Magenta	Dark Magenta
Red	Dark Red
Yellow	Dark Yellow
Green	Dark Green
Cyan	Dark Cyan
Blue	Dark Blue



TIONES

ditionis, pietatis, huma-
nis, Iuvenis-viri

LIS DOVII

S Saxonis,

bici honor tribueretur,
E R G A E

RECTOR E,

ODIO, MEDICINÆ
m superiorum Pro-
blico;

excellentiſimo Viro

H MIDT, GRÆCÆ
or: Professore publico,
Sophici Decano.

γονιας 1617. qui Luthe-
mus annus Jubileus;
ibernalibus & amicis.

E R G A E,

nanni, Anno 1617.

200VII